







1774.

1. Hofmann, Joannes Andreas: De rebus principibus  
S.R.I. regentibus ad imperium dignitatem et per  
sonam publicam sustinendam Vicariis.

1775

1. Curtius, Michael Conrad: De civitatibus mediatis  
jura statuum immediatorum usurpationibus  
Orituris, qua ad audividas nationes atque  
san principalem . . . iuritat.
  2. Gieslerus, Cr. Hauricus: De interpretatione  
pacis Westphalicae. Commentatio II, Ceditio-  
nes reserui praenota.
  3. Gieslerus, Cr. Hauricus: De interpretatione  
pacis Westphalicae. Commentatio III. sub instis  
Ceditioum hibernarum . . . scripta.
  4. Homburgk zu Vach, Anton Lud: De usurpata materno  
in bonis liberorum secundum jus Germanicum.
- 1776
1. Homburgk zu Vach, Anton Lud: De usurpata materno  
in Hibernia atque diversis ejusdem causis.

1777.

1. Hombergk jr Vach, Lem. Lud: De usurpatione matris  
in Hamia atque Ruernis ejusdem causis

1778

1. Hombergk jr Vach, Lem. Lud: De factis statim et  
conditione usurpationis matris in Hamia



low



Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain several lines of cursive script.

1778

Handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page. The text is faint and difficult to decipher but appears to contain several lines of cursive script.











Fri. 63. num. 21.

DISPUTATIO IURIDICA AVSPICIALIS  
DE  
REBUS PRINCIPIBUS  
S. R. I. REGENTIBUS  
AD IMPERIUM  
DIGNITATEM ET PERSONAM PVBLICAM  
SVSTINENDVM  
DICATIS

RECTORE MAGNIFICENTISSIMO  
SERENISSIMO AC POTENTISSIMO PRINCIPE  
AC DOMINO

DOMINO FRIDERICO II  
HASSIARVM LANDGRAVIO. RELIQA

PRAESIDE  
IOANNE ANDREA HOFMANNO

IUR. DOCTORE ANTECESSORE ORD.  
ET H. T. DECANO ILL. ICTORVM ORDINIS

PRO  
LICENTIA

SVMOS IN VTROQVE IVRE HONORES  
AC PRIVILEGIA CONSEQVENDI  
PVBlicae ERVDITORVM DISQVISIONI  
SVBMITTIT

DIE XXVIII MENSIS NOVEMBRIS A. R. S. CIOCCCLXXIII

IACOBVS GVILIELMVS CORAEVS

RENDA-HASSVS.

MARBVrgI CATTORVM  
TYPIS MÜLLERIANIS.



INSTITUT FÜR  
HISTORISCHES  
RECHT  
UND  
STATISTIK  
DER  
UNIVERSITÄT  
ZÜRICH  
VERLAG  
ZÜRICH  
1900







§ I.

VARIAE OPINIONES CIRCA RES PVBLICAS AD  
DIGNITATEM ET VITAM PRINCIPVM ONE-  
RAQVE PVBLICA SVSTINENDA EXHI-  
BENTVR.

Sana edocemur ratione, populum, quando ca-  
put ciuitatis, seu principem sibi, a quo vult regi, ele-  
gerit, ad suppeditanda eidem ad victum necessaria, v-  
tilliaque obligari, quibus mensam instruere, se, fami-  
liamque suam pro dignitate sustentare, et onera pub-  
lica, et rem publicam humeris sustinere, maiestatem  
tueri, imminens imperio periculum propellere, illius  
necessitatibus subuenire, comoda promouere, dama-  
naque auertere possit. Haec enim propriis sumptibus  
sufferre adstrictus non est ille, qui ad culmen maiest-  
tatis, et principatus euectus est. In philosophorum

A

scholis



## 2 VARIAE OPINIONES CIRCA RES PVBLICAS

scholis, et praesertim inter iuris naturalis doctores varia inde deducuntur argumenta, et conclusiones. Sunt enim, qui affirmant: populum eum in finem principi suo certa bona modo ad vsum fructum capiendum destinasse, modo ea, quae ipsi haecenus communia fuere, seu quorum vsum ad omnes ex populo hucusque spectant, in principem solum transtulisse. Ac vero sunt negantia contraria aientibus. Nam alii opinantur: doctrinam de rebus publicis ad principatus spectantibus, quae voce barbara *domania* dicuntur, iure naturae non esse fundatam (a); alii putant: populum, qui bona certa principi suo adsignauerit, proprietatem illorum sibi et ciuitati referuasse; principi vero tantum iura usufructuarii adscripta esse. Inde existimant: ea bona, hanc ob causam, nec in totum, nec in partem alienari posse; sed reuocationi semper esse obnoxia (b). Alii vero principi dominium in ea, et quidem circumscriptum attribuunt, recteque putant. Verum enim vero hisce variantibus sententiis neque amplius, nec largius immorabor, neu de philosophorum, neu de exteris regnis et principatibus ero sollicitus (c); sed cum

(a) AVG. de LEYSER in meditat. ad pand. specim. 50, med. 9.

(b) HUGO GROTIUS de iure belli et pacis lib. II, cap. 6, § II, p. 175, Amst. 1670, 8, AD. FRID. GLAEFUY im recht der vernunft u. 1745, 4, lib. III, cap. 4, § 122, p. 954 seq.

(c) De his legi meretur RENAT. CHOPPINVS de *dominio Franciae* lib. I, tit. 1-5 seq. lib. II, tit. 1 seq. qui etiam in CHRISTOPH. ERISII *iure doman.* Francof. ad M.,



cum Germaniae principibus et proceribus mihi praecipue res erit, ideoque ad Ictorum scholas progredi liceat. In his autem variae itidem concurrunt opiniones circa ea bona et res, quae dignitatem, et personam principis regentis publicam sustinere debent. Nam alii modo de hisce rebus ad principatum pertinentibus non dubitant, modo alii illas inficiantur in Germania (d); alii sub illis intelligunt, quae a populo principi tantum sunt tradita, atque attributa; alii vero violenta ferme praesumptione omnia, quae princeps possidet bona, semper, et absque ulteriori discrimine, atque inuestigatione, vtrum aliunde prouenerint, nec ne? publica habent (e). Quod igitur regibus, imperatoribus, et principibus ea omnia, quae populus alias communia habuit, adsignata fuerint, et vsque dum contrarium monstretur, attributa fere censenda sint, non leuissimis rationibus

## A 2

tionibus

ad M. CIÖIOCCI, fol. P. I. p. 412 seq. extat. Idem de polonico dominio, aliorumque populorum et regnorum multa in medium profert; adde P. II, P. III, P. IIII, P. V et VI *iuris doman.* a FRISIO editi, 10. FRID. PEEFFINGER. in *Vitriario ill.* vol. III, lib. III, tit. XVIII, § 2 seq. p. 1347 seq. 10. LIMNAEVS in *notit. regni Franciae* lib. II, cap. 8, pag. 589 seq. *Franc. Hotomann* in *Franco-Gallia* cap. VIII seq.

- (d) NIC. CHRISTOPH. L. B. de LYNCKER in resp. II, num. I seq. et decis. 1202, de BERGER in cons. I, P. I, DIET. HERM. KEMMERICHII resp. iur. syll. I, 1727, 8, resp. XVIII, p. 83 seq. de LEYSER de *adsent. Ictor.* cap. 4, sect. 2, § 3.
- (e) WOLFG. ADAM. SCHÖPF in cons. LVIII, num. 18, p. 552. vol. VIII cons. Tub. ibique memorati doctores.



4 VARIAE OPINIONES CIRCA RES PVBICAS

tionibus permotus concedo. Instruēti igitur olim, ad aliorum regnorum exemplum, fuerunt reges, atque imperatores insignibus domaniis, habent quoque principes, proceresque Germaniae bona, quae illis ad tuendum, ac sustinendum dignitatis et ciuitatis splendorem, et quae sunt reliqua, destinata, et tradita fuere. Nihilominus inficias ire nequeo: reges, et principes adhuc alia, praeter ea publica bona, redditus, iura potestati illorum obnoxia, et patrimonia habere. In promptu enim sunt ea bona, iuraque, quae ordines impetii ab imperatoribus, atque imperio romano-germanico variis modis obtinuerunt; sunt feuda, et bona, quae nomine *cammer* *tisch* *tafelgüter* &c. insigniuntur, existunt allodia auita, et adquisita (f). Num vero bona camerae eiusdem sint originis, ac naturae? praefraete quidem in totum negare non audeo; atamen pauca in medium proferam argumenta, quae originem dictorum camerae bonorum quodammodo dubiam reddere possunt, quam alias habent bona principis publica, Gallis *domaines* dicta, et quem mihi formem conceptum, ac speciem de bonis camerae, paucis deinde addam. Interea, cum illis non sentio

(f) ANDR. OCKEL de *praescript. immem.* cap. III, § 16, 10. LAVR. FLEISCHER in *institut. iur. feud.* cap. VIII, § 20 seq. PET. MÜLLER de *camera princ.* len. 1715, 4, ANDR. FLOR. RIVINVS de *bonis princip. patrimon.* Lips. 1737, 4, 10. TOB. HOFMANN de *patrimon. principis priuato cet.* len. 1727, GE. HENR. BRÜCKNER de *domaniis regni germ.* cap. I, num. 25, CHRISTOPH. IVL. CELLARIVS de *principum domaniis*, cap. VI, § 14, in FRISII *iure doman.* P. II.



AD DIGNITAT. ET VITAM PRINCIPVM CET. 5

rio, qui cameraalia, seu domanialia bona principum Germaniae, penitus donationes, et gratias imperatorum habent; cum reges Germanorum non omnes Germaniae ditiones possederunt, nec illis vniuerse imperarunt. Vnde colligendum est: bona principatum germanicorum publica imperatorum gratias generatim nuncupari non posse; nisi sub vocabulo: *gratia, gnade*, ius quoddam quaesitum intelligendum et comprehendendum sit (g), vti illud in litteris clientaribus saepenumero occurrit.

§ II

CONTINVATIO EIVSDEM ARGVMENTI.

Rem ipsam ad ouum adferre liceat. Sumtus publici in Germania antiquioribus temporibus non ita magni fuerunt, vt regibus, principibus, comitibus, aliisque proceribus, qui propterea plerumque auita, et propria possederunt allodia, translatus communium bonorum populi vsus non potuerit sufficere; deinde locus apud LEHMANNVM (h) adhuc alios reditus ostendit

(g) Conf. domini *FRAESIDIS teutscher reichspraxis* P. II, § 1325, p. 138.

(h) in *chron. Spir.* lib. II, cap. 22, seqq. et cap. 44, *BVRGH. GOTTH. STRVVI corp. iur. publ.* cap. X, § 1 seq. cap. XXX, § 37, *CORN. TACITVS de mor. Germ.* cap. XV verba ita facit: *mos est ciuitatibus vltro ac viriim conferre principibus vel armentorum, vel frugum, quod pro honore acceptum, etiam necessitatibus subuenit.*



ostendit. At mutatis temporum circumstantiis, sumtus aequè multiplicati fuerunt publici, ideoque exigente reipublicae necessitate, tributa conferenda, et reditus variis modis augendi fuerunt. Verum quidem est: reges, et imperatores antiquioribus temporibus per omnes fere prouincias, et ditiones Germaniae, in quibus regnarunt, bona, iuraque regia habuisse, quibus, quoniam dignitatem regum, atque imperatorum respexerunt, qualitatem, ac speciem publicam negare nolo. Ast notum, exploratumque est: quod, postquam principes, comitesque suum succedendi ius ab imperatoribus antea saepius in dubium vocatum, obnunciatum, et contradictum magis magisque stabiliuerint, iidem variis artibus sciuerint ducatus, principatus, comitatus variū generis, bona imperii, iuraque regia, quae ab iisdem antea vice imperatorum administranda, aut illis salarii loco concessa fuerunt, sibi propria attribuerint, et deinde plerumque sub nexu clientelari perpetuo ab imperatoribus, atque imperio romano-germanico, aliisue modis, et iuribus recognouerint atque nacli fuerint, quo facto, ampla olim et ditata camera imperatorum, et domania imperii romano-germanici (i) non solum admodum diminuta, verum etiam

(i) BRÜCKNER l. d. 10. EP. PREGITZERI sub praef. GABR. SCHWEDERI defensa disputat. de *domanio I. R. I.* Tub. 1703 in SCHWEDERI diss. T. I, pag. 840 seq., 10. PHIL. RINGLERI de *domaniis Germaniae* libri tres, 1693, 4, lib. II et lib. III, ERN. IMM. TENZEL de *doman. princip. inalienab.* § 24. FRID. CAR. DE BVRI *merkunt. des teutschen lehnrechtes*, pag. 488, seq. Gies. 1738, 4.



etiam imperatorum partim oppignorationibus, venditionibus, supersticiosis donationibus, foundationibus, atque institutionibus ecclesiarum, aliorumque piorum operum (k); partim munificentia, liberalitate, privilegiis, aliisque titulis translata, et in nihilum fere redacta fuerunt, adeoque ea hodie plurima ex parte in manibus ordinum, aliorumque (l) deprehenduntur. Inde facile colligendum est: bona et iura publica imperii romano-germanici, quae antea neque contemplatione ordinum prouincialium, nec populi, nec civitatis dici poterant publica, seu domanialia, naturam, atque indolem modo feudorum, modo aliam induisse, et hoc nomine hodie a principibus, aliisque possideri, quae demum stabilita, et firmata superioritate territoriali, aucta fuerunt.

## § III

## DOMANIA GERMANIS IGNOTA NON FVERVNT.

Ducatus, principatus, comitatus, civitates, villae regiae, fiscus regalis, principis, curtes dominicae, vici, communitates, loca et bona fiscalina, homines camerae

(k) BROWERI *antiquit. Fuld.* lib. III, cap. 16, *chron. Reichersperg.* ab anno 1004, *repertorium iur. publ. et feud.* p. 294 seq.

(l) Nobiles enim imperii quoque adquisuerunt domania imperii, STRVVE l. m. cap. XXXII, § 3, pag. 1233; quamvis illorum bona ad restaurandum patrimonium imperatoris publicum destinata non sint, de SENKENBERG in *primis lineis iur. feud.* § 403.



camerae: *Kammerbauern*, proprii, iudaei, auri, argenti, aliaeque metallifodinae, vestigalia, telonia, pontagia, pedagia, census regales, pensiones, tributa, quin etiam bona, prouentus, reditus, iura, resque Germanorum regibus, atque imperatoribus ad perpetuo sustinendam et propriam et reipublicae dignitatem, necessitatemque olim publice destinati fuerunt (§ II). At vero ea bona et res variis nominibus insignita sunt, videlicet cameralia, fiscalia cet. (m), dos coronae, bona regni, principatus, *Kronengüter*, *Kammergüter*, ad cameram videlicet regis, imperatoris, regni, seu imperii (n), *filcum regium*, siue regalem, mensam regiam

(m) SCHWEDER l. m. § XII, seq. p. 850 seq. OTTO FRISING. *de gest. Frid. I.*, lib. I, cap. 12, STRUVIUS l. d. cap. X, § 1 seq. p. 367 seq. de LVDEWIG in *reliq. mscl.* T. III, P. 240, CHRIST. GOTTLIEB BVDERI *amoen. iur. publ.* p. 163 seq. CHRIST. VLR. GRVPENII *orig. et antiquit. Hanover.* Goett. 1740, 4, p. 122 seq. § 16 seq. 10. IAC. MOSERI *teutsches staatsrecht* T. XVIII, cap. 86, § 34 p. 75 seq. J. S. Drümmels *gedanken von der hoheit der erzdomanwürde zc. Francof.* 1745, 4, et 1746, fol.

(n) PFEFFINGER ad *Vitriar.* lib III, tit. 18, § 1, not. (c), p. 1350, Vol. III. Notatu digna sunt verba diplomatis, quibus Maximilianus I imp. Eberhardum senioiorem ducem Wirtenbergiae creans, eiusque diriones dignitate ducatus ornans, usus est, quae sic se habent: ob es were = daß der männlich stamm und lini der herzogen, und herrn von Württemberg ganz absterben, und keiner mehr seyn würde, daß alsdann solch herzogthum = mit aller oberkeit, herrlichkeit, mannschaften, nutzen



regiam (o), cameram regiam (p), forestump<sup>rae</sup>came-

B

rae  
 nutzen, leuten und düttern  $\approx$  soll bleiben bei römischen  
 Keysern vnd Königen vund bey dem heiligen römischen reich  
 ewiglich vnd also in mehrung des reichs widumbgut, der  
 Cammer incorporiret und verleibt seyn *re. apud FRID.*  
*HORTLEDERVM* in handlungen von den ursachen des  
 teutschen krieges Kayser Carls V *re. Francof. ad M. 1617*  
*fol. lib. III, cap. 1, num. 9, p. 612.* Viterbium *camera*  
*regni dicitur a Friderico I imp. apud GOLDAS-*  
*TVM* *tom. vn. p. 264,* Cameracensis ciuitas camera  
 imperii nuncupatur ab imperatoribus; Francofurtum ad  
 Moenum eodem nomine insignitum fuit, *CHRIST.*  
*GOTTL. HALTAVSH glossar. german. medii aevi,* col.  
 1059, *PETR. de VINIS epist. lib. V, cap. 82, p.*  
 106, *Basil. 1740, 8, tom. II, 10.* *DAN. ab OLENS-*  
*SCHLAGER* in erläuterung der guldenen bulle Kayser  
 Carls III, *Francof. 1766, 4, p. 25, seq. p. 375, p.*  
 378, ideoque iudaei ob censum ad cameram caesaream  
 soluendum serui camerae dicti sunt, *SCHWEDER l.*  
*m. 9 21, p. 855 seq. ab OLENSCHLAGER l. m. p.*  
 191, *seq. 10.* *FRID. FISCHER de statu et iurisdictione*  
*iudaeorum § 49, p. 61,* *GE. HENR. AYRER de censu*  
*regali p 41,* *GE. FRID. DEINLIN de praestat. gallinar.*  
*p. 32 seq. de PISTORIVS in amoen. iur. et bist. T. III,*  
*p. 803, T. VII, p. 2227.* Ab ea camera redituum pub-  
 licorum differt camera iustitiae, *HALTAVS l. m. col.*  
 1058, *repertorium iuris privati, P. II, p. 811, seq. p.*  
 816, *p. 1223.*

(o) conf. priuilegium Ruperti imp. populo, communi-  
 que Florentiae anno c100000 concessum, quom ei  
 omnia, quae olim ad fiscum, mensam, vel cameram  
 imperii pertinuerunt, indulsit, in *LÜNIGII cod. Ita-*  
*liae dipl. T. I, p. 1123,* *ROVSSET T. I, P. II, p. 302.*

(p) Fridericus II imp. anno c10001111 dedit faculta-  
 tem



rae imperialis (q), spectantia. Vnde nuncii camerae, camerarii imperii, quin imo archiprincipes camerarii S. R. I. constituti, et cogniti sunt (q). Sin igitur CASPARO KLOCKIO (r) fides habenda est, Friderici I reditus ex Germania et Italia sexaginta tonnae auri fuerunt. Verum enim vero hodie misera imperii romano-germanici status et conditio (circa reditus publicos est, ita, ut nulla fere augustissimo imperatori supersint bona, nisi annua a nonnullis adhuc ciuitatibus imperii pendenda tributum ad illius reditus ordinarios referre

tem monasterio Citizenensi pro necessitate sua de lignis per singulas hebdomadas duos currus oneratos colligere, et deducere ex foresto, quod apud Aldenburg *forestum camerae* nuncupatur cet., vid. PAVLI LANGII *chron. Citizense*, n. 798 in PISTORII *script. rer. germ.* ex edit. B. G. STRUVII T. I, p. 1169, p. 1170.

(q) PREEFFINGER in *Vitruv. ill.* lib. I, tit. 14, § 12, not. b seq. pag. 1097, p. 1098, vol. I, ibique memorati auctores, HAHNI *Reichshistorie*, P. II, p. 15, nota f. 10. FRID. IOACHIM de *archicamerario S. R. G. I.* Hal. Sax. 1742, 4, EIVSDE. *abh. von dem erzschatzmeisteramt im h. r. reiche*, ib. 1742, 4, FRID. HACKMANN de *germ. imp. archibisaurario*, Helmst. 1711, 4.

(r) de *avarario* lib. I, cap. 4, n. 54.

(s) PHIL. KNIPSCHILD de *iuribus ac priuileg. ciuitat.* imp. lib. II, cap. 17, n. 22, 10. LIMNAEVS ad *capitulat. Caroli V. imp.* art. 23, p. 252 seq. LEHMANN l. m. lib. III, cap. 2, 3, SCHWEDER l. d. § XXXVIII, p. 873, seq. HERM. HENR. ENGELBRECHT de *sterna imperiali ordinaria ciuitatum imperii*, Gryphisw. 1744, et 1751, 4, § 5, seq. p. 13 seq.



ferre velis, quae itidem pedetentim variis modis decreuerunt (t), dum imperatores quibusdam ciuitatibus imperii illa siue ex singulari gratia, liberalitate, et benignitate, siue aliis ob insignia benemerita, aliis vero pro certo pretio modo in totum, modo pro parte largiti sint, aut remiserint, aut aliae titulis singularibus se ab illis immunes effecerint, partim illa in aliorum manus peruenerint. Hisce accessit: ut secundum sanctionem pacis Osnabrugensis (u) liberis imperii ciuitatibus non minus, quam ceteris ordinibus rata et intacta manere debeant regalia, vectigalia, redditus annui, libertatesque confiscandi, collectandi, et inde dependentia, aliaque iura ab imperatore, vel imperio legitimo impetrata, vel longo usu ante hos motos obtenta, possessa et exercita. Quamobrem non sine causa iusta sequioribus temporibus imperatores conquesti sunt de paucis, aut nullis reditibus in imperio amplius percipiendis, ut patet ex lege regia, vulgo capitulatio caesarea dicta, Caroli V (x), et ceterorum augustissimorum imperatorum (y). Hinc aliquoties varia egestati, et necessitati imperii publicae, imperatorumque tenuitati sustentandae, et subueniendae inita sunt consilia salutaria; praecipue vero illud sese commendauit consilium, de non conferendis iterum

B 2

feudis

(t) art. VIII, § 4, adde capitulationem caesaream augustissimi imperatoris Iosephi II, art. I, § 2, § 9, art. V, § 2 seq.

(u) art. 9, art. 23.

(x) capitulatio caesarea nouissima art. XI, § 16 seq.

(y) *ibid.* art. XI, § 10 seq.



feudis imperio apertis maioribus, sed iisdem in vsum imperatoris publicum reseruandis, et tributis ciuitatum imperii restaurandis, et reperendis (z). Verum illud et hoc consilium, mediumque, imperatori, atque imperio prospiciendi haecenus parum profuit, cum pacta successoria, confraternitates, vt et expectantiae antiquiores obstant. Nouissimum contigit exemplum, contemplatione comitatus Hohenembliensis, quem, mortuo comite Francisco Guilielmo Maximaliano, et cum eo extincta comitum stirpe mascula, imperator Franciscus I die XI mensis Martii MDCCCLV contulit domui austriacae, cum praecedente concluso celsissimi iudicii aulici die Veneris VIII mensis Nouembris MDCCCLVIII auctoritate commissionis caesareae; episcopus, et princeps imperii Constantiensis nomine imperatoris, atque imperii possessionem aperti comitatus arripuisset (a). Quin etiam ciuitates imperii circa immunitates legibus imperii, pace Osnabrugensi, capitulationibus caesareis, et priuilegiis imperatorum nituntur. Nam ea subsidia charitatiua vulgo dicta, quae a nobilitate imperio sine medio obnoxia imperatori quandoque suppeditari, atque offerri solent, huc non pertinent (b), neque ea subsidia pecuniaria

(z) *ibid.* art. XI, § 16 seqq. 10. IAC. MOSERI teutsches staatsrecht, lib. II, cap. 231, § 67 seqq.

(a) vid. conclusum iudicii imp. aulici in der neuen euro-päischn staatskanzlei, T. II, p. 434 seq.

(b) 10. DAVID KOEHLER de ortu et progressu subsidii charitatiui imperatori august. ab ordine equestri S. R. I. libera



pecuniaria a statibus Italiae imperatori romano-germanico praestanda (c), nec illud aurum coronarium a Iudaeis post coronationem imperatoris, aliasque eidem soluendum (d), neu mulctae fisco imperij pendendae

B 3

vero ac immediato in necessitatibus publicis praestiti, Altorf. 1728. 4, § 5, seqq. p. 13 seq. Add. HENR. LINXII disput. de subsidio charit. ib. 1677. 4, cap. III, num. 13 seq. p. 16 seq. BERN. LVD. MOLLENBEC de subsidio charit. lib. et immet. imp. nobilium cet. Giff. 1707, 4, et 1750. Constat interea: nobiles immediatos, vult sine medio imperatori subsint, arctiori tamen vinculo eidem esse adstrictos, et PECVLIVM eius, ein Fammerngut constituere, id, quod ei in casibus sibi proficuis ad commodum suum egregie traducere solent, LÜNIG in reichsarchive P. spec. contin. 3, ersten absatz, num. 409, p. 63, adj. 10. ADAM. KOPPIVS de insigni diff. inter S. R. I. comites et nobiles immed. Arg. 1728, 4, sect. II, § 23, p. 282 seq. et in supplem. num. 64, p. 504, vbi verba imperatoris Leopoldi I expresseripto die 30 mensis Augusti 1710 excviii dato sequentia sunt: reichsadel = = so ein sehr importantes stück unser kaiserlichen peculii sey! cet.

(c) CHRIST. PET. BRAUNNER de subsid. pecun. a statibus Italiae imperatori praest. sect. 1, § 6 seq., IVST. HENN. BOEHMER de subsidiis pecun. a statibus Italiae imperatori rom. germ. praestandis, Hal. Magd. 1720, et 1744, 4, sect. II, § 8 seq. p. 30 seq. § 21 seq. p. 41 seq.

(d) IO. SAM. STRYK de auro coronario von der kronenssteuer, in EIVSD. diff. iurid. vol. II, num. XXV, p. 405 seq. 1750, fol. MICH. FRID. LOCHNER de reseruato imperat. exigendi aurum coronarium a Iudaeis cet. Altd.



dendae ad ordinarios imperatoris reditus referri possunt, neu ea tributa, quae secundum matriculam imperii ad expeditiones romanas et communem denarium, ex consensu ordinum singulorum imperii, necessitate, et utilitate publica exigente, sunt pendenda. Quibus addendum est, quod oppignorationes rerum, iuriumque ad imperium romano-germanicum alias spectantium ordinibus imperii tum per capitulationem caesaream (e), cum per pacem Osnabrugensem (f), confirmatas esse constet. Hisce rerum circumstantiis suffultus IOANNES PETRVS de LVDEWIG exclamat (g): *nihil extimescite principes imperii a processu domanali, si fas esset: caesarem illum olim meditari.*

## § IIII

Obloquuntur quidem multi et suam rationem contra nostram dicunt, cum nullum argumentum in re sit, leges imperii deficiant, eamque ob causam iurisprudentiam germanicam veterem ignorare opinantur domania tum imperatorum, atque imperii, quum in terris ordinum imperii, eaque siue inuenta callida, atque excogitationes nonnullorum semidoctorum nouitiorum

Altd. 1726 et 1750, 4, GOTH. MASCOV de *censo iudaico*, Goett. 1735, § 18 seq. 10. GR. PERTSCHII or. *ausp. de iure imperat. exigendi a iudaeis aurum coron.* ccc. Helmst. 1743.

(e) art. X, § 1-4.

(f) art. V, § 25.

(g) in *paradox. iuris maxime publici*, Hal. 1707, 4, § 7, P. 4.



tiorum habent, siue ab exteris populis, modo Italis, modo a Gallis excogitata, et ad Germaniam, eiusque principatus quosdam translata esse existimant. Hisce addunt oppositum ex natura illorum depromptum, vi cuius illa alienari non debeant (§ 1); iam vero obseruantiam antiquiorum temporum, tot tantaque exempla docere imperatores eas res, quae dignitatem et personam principis regentis publicam sustinere debuisse, variis modis alienasse, et in alios transtulisse (§ 2). Verum enim vero argumentis veris, non euentis agendum est, ideoque rationibus contrariis ex legibus, annalium monumentis, atque ex regum commentariis conquisitis oppositionem negationis refellere studebo. Ab initio iam dictum est (§ 1), esse hoc primum, et ex conditione iuris, et ex consuetudine principatus primarium et firmissimum fundamentum, vt populus, eiusque proceres, ad suppeditanda principi ea obstringantur, quibus ille se, suamque familiam pro dignitate sustentare queat. Prostant quoque monumenta rerum gestarum insignia, ex quibus liquet: reges et imperatores antiquioribus temporibus amplissimos redditus, qui illis ad tuendum, ac sustinendum dignitatis et familiae splendorem destinati fuerunt; sed illi sensim imminuti sunt, et prope ad nihilum venerunt (§ 3). Cum igitur imperatores sequiori tempore de iis conquesti sunt, illudque archiprincipes cognitum et perspectum habuerunt, vti praecipue ex lege regia ab imperatore Carolo V iure iurando firmata (h) colligendum est, eam ob causam ordines

(h) art. VIII, X, XXII, XXIII, XXV.



ordines imperii ipsi agnouerunt: se obstrictos esse: salutis augustissimi imperatoris, et mediis se, suamque familiam, decus, et maiestatem tuendi prouidere, et vires imperii, quantum fieri posset, nonnihil restaurare. Quamobrem imperator adstrictus fuit: de non conferendis rursus feudis imperio apertis maioribus, sed iisdem ad tuendum imperium, et se, et sequentes imperatores illius patrimonii subsidiis sustentandos vtendis. Verba capitulationis caesareae sic se habent: zu unterhaltung des reichs, unser und unserer nachkommen der königen, und kaiserem behalten, einziehen, und incorporiren &c. (i). Quaeso igitur, quid hoc est? Nonne haecce verba respiciunt ad bona publica, et redditus, qui imperium, dignitatem, et personam publicam imperatoris augustissimi, eiusque successorum in solio regali sustinere debent? Non igitur profecto de re ipsa amplius dubitandum est, sed de verbis forsitan quaeritur. Hoc quidem concedo: vocabulum *domanium*, seu *demanium* in legibus imperii non occurrere, verum res, atque sententiae vi sua verba parient, quae semper satis ornata mihi quidem videri solent, si eiusmodi sunt, vt ea res ipsa peperisse videatur. Interea monumenta rerum gestarum, et vetustatis exempla satis testantur: imperatores neque rei ipsius, nec verborum ignaros fuisse; inter multa, quae in promptu sunt, in medium proferam Ludouici Bauari

(i) capitulatio caesarea nouissima art. XI, § 10, § 11, 16, 17.



uari imperatoris<sup>diploma</sup> erectionis Lucae cum territorio vicini in ducatum, et creati primi ducis Lucani Castrucci de Antelminellis die 15 mensis Febr. anno incarn. ccccxxviii (k), vbi, praeter alia, verba sequentia notatu digna sunt: „concedimus et donamus, cum omnibus et singulis villis, castris, terris, fortalitiis, ca-  
 „salibus, vasallis, hominibus, possessionibus, honoribus, vsibus, derictis, DEMANIIS, feudis. - ad  
 „nos, et sanctum romanum imperium spectantibus,  
 „seu pertinentibus cet. Hoc autem negare nolo: imperatores, principes, et viros primarios populorum saepius loco demanii, seu domanii, voce *dominii*, seu camerae vsos esse. Cum igitur Ioannes, et Albertus fratres, et domini terrarum megapolitanarum a Carolo IIII imperatore anno ccccxxviii duces S. R. I. creati fuerunt, ipsorum DOMINIUM megapolense,

C

sub

(k) De LEIBNITZ in cod. dipl. I, p. 128. et ab OLENSCHLAGER in der erläuterten staatsgeschichte des römischen kaiserthumes, in der ersten helfte des 14ten jahrhunderts, 1755, 4, in urkunden n. num. LV, p. 154, 169. adj. STRUVIUM in corp. iur. publ. cap. X, § 1 seq. p. 367 seq. SCHANNAT in vind. litt. coll. 2, p. 122. n. 17, de FALCKENSTEIN in antiq. Nordgau. T. II, cap. III, p. 169, not. c, HUND in metrop. Salzb. T. I, p. 49. In privilegio a Friderico II imp. castro cuidam in perpetuum concesso, verba sunt: „castrum C, et iustitiarius, cum omnibus iustitiis, iustitiariis rationibus  
 „omnibus pertinentiis suis, quae de demanio in demaniam - - eidem et heredibus suis provenire poterunt, in perpetuum de speciali gratia, et ex certa  
 „scientia nostra duximus concedendum cet. PETR. de VINCEIS in epist. lib. VI, cap. 25, p. 196.



sub nexu clientelari cum omnibus dominiis in principatum, et ducatum sublimatum, erectumque est (1), et cum x calend. Iul. anno cccccclxxvii eidem ducatu Stargardia adiiceretur, in litteris clientelaribus a Carolo III imp. datis verba sequentia facta sunt „ i-  
 „ dem *dominium Stargardiae* et vniuersas et singulas  
 „ terras, ciuitates, castra, et *dominia* eorum superius  
 „ expressata, et quaecunque alia, quibusuis etiam no-  
 „ minentur vocabulis, quas et quae, a nobis et impe-  
 „ rio sacro tenuerunt, et tenent in feudum, cum om-  
 „ nibus et singulis iuribus, prouentibus et pertinenti-  
 „ is suis, nec non PLENO DOMINIO, ac merito et  
 „ mixto imperio, in verum principatum, et ducatum  
 „ magnopolensium ereximus cet. (m). Quod si ve-  
 ro verbum *domanii* Germanis insolens, et odiosum  
 esse videtur, eis vocabulo camerae, et bonorum came-  
 raliu vti licet. Hoc enim bonorum, et reddituum  
 genus nemo inficiari potest; quod si vero hoc dubi-  
 tas, turpe est, quod ne rustici quidem dubitant. Re-  
 ges, atque imperatores omnino habuerunt cameram  
 suam, et redditus camerae (§ III); vnde et praeter a-  
 lios, militibus stipendium olim persolutum fuit (n),

aliaque

(1) HANS HENR. KLÜVERS Beschreibung des herzogthumes  
 Mecklenburg x. P. 1, Hamb. 1737, 8, p. 302 seq.

(m) IDEM l. d. P. III, ib. 1739, 8, p. 319, p. 320;  
 adde IO. DAV. KOEHLERI *fata ducatus Alemanniae et  
 Sueviae*, Altd. 1735, 1744, 4, § 12, p. 27 seq.

(n) Vid. DAV. GE. STRUBEN in *nebenstunden*, P. II,  
 abh. 9, § 5, p. 360 seq., ab OLENSCHLAGER in  
 comm.



aliaque onera publica reges, et imperatores sustinuerunt. Sin autem reges, et imperatores immoderate de facto illis abusi sunt, et large, effuseque ea profuderunt, aut donarunt, hoc certo iure non factum est, i. deoque illi regia lege adstricti fuerunt, ne res imperii romano-germanici alienent, nec pignori dent (o). Nam natura et indoles earum rerum publicarum, quibus imperatores, et principes se, suamque familiam pro dignitate sustentare debent, ea est, ut omnibus eorum successoribus in folio regio destinatae sint, eamque ob causam non libera de eorum substantia disponendi facultas illis adscribenda, sed eorum potestas circa eas restricta est, et si alienatio ab imperatore facienda esset, haec non nisi consensu ordinum imperii valide fieri potest (p).

## § V

PRINCIPES ET PROCERES GERMANIAE  
HABERE DOMANIA ASSERTITVR.

Regibus Germanorum, atque Imperatoribus iura, res, bona, reditusque publice destinati fuerunt,

## C 2

quibus

comm. ad auream bullam Caroli III imp p. 188, p. 190 seq p. 239, p. 379, FRID. LVD. *mobilis de BERGER de origine domanii imp. eiusque indole* in append. animaduers. ad Cocceji ius publ. p. 646 seq.

(o) art. X, § 1 seq. art. XI, § 10 seq.

(p) capitulatio caes. art. X, § 1 seq. 10. MICH. LANGGV. *animaduersiones in HENR. de cocceji prud. iur. publ. lenae 1721, 8, cap. 9, § 18 seq. p. 213 seq. cap. 14, § 9, num 3 seq. p. 242 seq.*



quibus maiestatem, se, suamque familiam pro dignitate sustentare, oneraque publica sustinere debuerunt (§ II seq.), neque eadem domania in omnibus Germaniae terris olim ignorantur; maxime vero in illis ditionibus, in quibus non solum populi, horumque proceres principes suos constituerunt, atque elegerunt; verum etiam in illis terris, quae sero regno germanico accesserunt, v. g. in marchicis; brunsvicibus, megapolitanis, pomeranicis, et reliquis. In his enim duces, principes, qui tum a populo creati, tum proprio iure clauum reipublicae tenuerunt (q), deinde ab imperatoribus confirmati fuerunt. Hinc et principes illi

a

(q) Cognitum enim est: Alemannos, aliosque populos habuisse suos reges, principesque, vt et Bavaros ab initio duces eligendi liberam habuisse potestatem, LEHNIT. T. I, *Scriptor. rer. brunsvic.* p. 368, p. 433, NIC. HIER. GYNOLING de *Henrico auctore Franc. orient. Saxorumque rege*, Hal. 1711, 4, § 36, LVD. PET. GIOVANNI *Germania princeps*, Vlv. 1752, 8, T. II, lib. III, p. 531 seqq. 105. CLAVD. DESTOVCHES *beurtheilung von dem domainenrechte in Teutschland*, Monach. 1768, 8 fortsetzung von der beurtheilung der domainenrechte in Teutschlande, 1768, 8, nachtrag zur beurtheilung 2c. *ibid.* 1768, 8, 10. GE. K. EPPLERN (electoris bavarici aduocati filii) *wirklichkeit der domainen in Baiern*, vertheidiget, und erwiesen wider des vom herrn Joseph Ferd. grafen von Lättenbach in druck gegebenen ungrund der domainen in Baiern 2c. (1768 fol.), die revocirung der graffschaft Falley, als eines domainengutes, mit beilagen I: 38, *ibid.*, 1768, fol. cui obiectum est scriptum sub titulo: gründliche abfertigung der fiscalischen deduction 2c. ab. ANT. 10. LIROWSKY, 1769, fol.



a populis suis, ordinibusque provincialibus ad dignitatem et onera publica sustinenda bona et reditus nati sunt; quin etiam usus, nomina, iura et vigor earum rerum publicarum in principatibus et ditionibus Germaniae longe clariores esse videntur, quam in exteris regnis. Non igitur sine ratione asserit IO. PET. de LVDEWIG (r), eos proderet ignorantiam suam, qui domania principum imperii ducibus, et comitibus negant; at vero de LVDEWIG in eam opinionem venit, quod domania tantum suis formati sex archiprincipibus ex sex illorum magnorum populorum systemate sint tribuenda (s). Postem quidem iamiam illum praetermittere, quia non indistincte et promissive principibus imperii domania concedit, deinde, quoniam systema eiusdem, vnde illud depromit, extra omnem dubitationis aleam non positum est (t); cum vero ille in multis scriptorum suorum locis (u) lectores ad suas differentias iuris feudalis communis, et Lusatici (x) remittit, exploranda erit eiusdem probatio, quam ibidem domaniorum ergo suppeditare conatur, et quidem e diplomate Henrici Leonis Boioariae

C 3

riae

- (r) in *paradox. iuris maxime publ.* § XI, p. 8, et de *obligat. success. in principatus etc.* cap VII, § 3 \*\* p. 117 seq.
- (s) de *obligat. successoris in principatus et clientelas*, Hal. Ven. 1714, cap. VII, § 3 seq. p. 115 seqq.
- (t) Conf. IO. ADAM. KOPPII praestantissimum opusculum de *insigni diff. inter S. R. I. comites et nobiles immed.* 1728, sect. I, § XI, seq. p. 50 seqq.
- (u) in *comm. ad auream bullam* vol. II, p. 455, in *opuscul. vom ursprunge der landeshoheit etc.* et alibi passim.
- (x) *diff.* 24, p. 46.



22 PRINCIPES ET PROGERES GERMANIAE

riae et Saxoniae ducis, episcopatum Suerinensem constituentis ab anno CIOCLXX (y), vbi verba sic se habent: „ notum facimus, quod pro remedio animae „ nostrae, ad propagandam christianam religionem in „ terra Slauiorum transalbina in loco horroris et vastae „ solitudinis tres episcopatus construximus, allodiis, „ *reditibus mensae nostrae* dotauimus, insuper ea, „ quam gladio et arcu nostro quaesiuimus, hereditate ampliauimus cet. „. Ex verbis igitur *reditibus mensae nostrae* domania adstruere vult; at vero non probat reditus illos Henrico Leoni duci a populo suo esse dedicatos. Interea non inficior: bona mensalia: *tafel-tüchensisch-kammer-güter* et quandoque domania comprehendere (z); interdum vero bona vacantia mensae adiecta (a), itidem mensae praelatorum destinata, aliaque sub illis intelligere possumus (b). Nihilominus res et caussa

integra

(y) Extat illud diploma quoque in IOACH. IO. MADERII *antiquit. Brunsvic.* Helmit. 1678, 4, p. 234 sequum. XVII.

(z) Vid. *Gryphes in integrum restitutus ope Leonis P. I.*, § wir haben uns auch wegen der tisch- und kammergüter etc. in *FRISII iuris doman.* append ad P. VI.

(a) Ducibus Meraniae extinctis, cum Outone duce Meraniae, episcopus bambergensis Henricus aperta episcopati bona tradidit pleno iure, ita, vt ad *domanium* et mensam episcopi spectent. teste IO. FRID. SCHANNAT in *vindem. litt.* coll. 1, p. 122, n. 17.

(b) PAVL. MATTH. WEHNERI *obs. pract. Arg.* 1701, fol. p. 463, CHRISTOPH. BESOLDI *thes. pract. sub voce: bona mensalia, et kammer-güter* p. 139, Norimb. 1697, fol. 10. GE. WACHTERI *gloss. teut. sub rubrica*



in tegra, ac salua est. Nam in statu quouis ciuitatis publico necessario existere debent bona, reditusque, qui ad tuendum principis officium, et dignitatem eius sustinendam, augendamque a ciuitate, et proceribus populi destinati sunt; nominentur autem ea bona, quomodocunque velint, siue domanialia, siue cameralia, feu mensalia (c).

§ VI

CONTINVATIO HVIVS ARGVMENTI.

Sin autem argumentum nostrum ratio ipsa sana confirmat, principi videlicet tanquam capiti ciuitatis a populo tum generatim, tum speciatim prouidendum (§ I, § V), opemque indigenti esse ferendam, tunc etiam consequi debet: imperium romano-germanicum non solum imperatori augustissimo consulere, et prospicere

rubrica: *Kammer*, et CHRISTIANI GOTTLÖB. HALTAVS in *gl. offar. germ. medii aevi*, Lipsi. 1758 fol. sub voce: *kammer*, *kammerknecht*, col. 1057-1063. In recessu imperii 1512 publicato tit. I, § 14 mentio fit bonorum cameralium electorum, principum, comitum et procerum imperii.

(c) VIT. LVD. DE SECKENDORF in *teutschen fürstentaat*, P. III, cap. 1, § 1 seq. p. 357 seqq. len. 1754, 8, AND. CHRISTOPH. ROESENER de *bonis doman.* Lipsi. 1684, 4, cap. 3, num. 3 seqq. cap. 5, n. 15 seqq. GE. HENR. SPRINGSFELD de *apanagiis*, cap. VIII, § 28, GVIL. GOTTLIEB IACOBS de *principis successore domanialia, siue cameralia ab antecessore alienata, iuris ordine seruata reuocante*, Erf. 1742, 4, § 4 seqq. p. 9 seq.



prospicere oportere (d), verum etiam, cum Germania ex multis terris, et ciuitatibus specialibus imperio romano germanico sine medio obnoxii constet, quibus tum reges, tum archiprincipes, duces, principes, comites, proceres, optimatesque praesunt, quemlibet populum singularis ditionis tenere ad constituendos tum reditus, tum res et bona destinanda, vnde ordines et proceres imperii dignitatem, et personam principis regentis, et rempublicam administrantis, nec non onera reipublicae sustinere possint, aut non sufficientibus illis bonis, et redditibus, suadente necessitate publica, seu vilitate, tributis suis publicas pensiones supplere teneantur, quo spectat v.gr. die *Kammerhülfe* x. (e); sint illi, quoad statum, siue clerici, siue mundani, comites, aliiue ordines imperii, et quamuis municipia non habeant bona publica; nihilominus eadem iis redditibus praedita esse debent, quibus illorum necessitatibus subuenire, moenia reparare, aliosque sumtus ferre possint. Inde arcae oppidorum, seu camerae, vulgo *stadtkammereien* deprehenduntur, quarum administrationi certae personae praeficiuntur (f)

(d) Exemplum notatu dignum nobis suppeditant res a Carolo VII imp. gestae, qui ab ordinibus imperii anno MDCCCXIII exegit, vt suis necessitatibus subueniant, vid. IO. IAC. MOSERI *staatshistorie Deutschlands*, unter der regierung Sr. kais. Maj. Carls des siebenden, tenae, 1744, 8, lib. I, cap. 9, p. 312 seqq. add. EIVSDE. *deutsches staatsrecht*, tom. VI, p. 474.

(e) CASP. KLOCKER *de contribut.* concl. 49, BESOLD *de aerario*, cap. I, n. 6, de SECKENDORF I. d. P. III, cap. I, § 4.



(f). Media autem ad suppeditandos principi sumtus publicos, opesque, cum se, suamque familiam pro dignitate alendi; ac sustentandi, tum onera ferendi, varia esse possunt, et quidem ea constitui possunt per bona, res, iuraque a populo eum in finem modo expressse, modo tacite eidem destinata et dedicata, partim ea ex aliis titulis et modis oriri queunt, partim impensis publicis illis iure belli et pacis, successioneque adquisitione accedere possunt, quin immo, princeps ipse ex suo patrimonio bona addicere, et accensere iis valet, hisque ea augere potest; denique attendendum est, quid leges, et consuetudines cuiusvis principatus, et ditionis circa eadem constituent, et quatenus pacta conuenta inter principem et populum de illis inita existant. Nam, etsi cuiusque populi primaeva et expressa domaniorum destinatio et dedicatio non vbique sigillatim ex annalium monumentis probari, neque eorum nominatio ex legibus imperii monstrari possit; tamen ipsa qualitas et vis rerum, bonorumque in legibus imperii extat; verba autem et nomina iureconsultis arbitraria sunt, dummodo in re conueniant, prout ars grammaticis est, qua eadem res diuersis modis loquendi efferuntur. Quodsi enim leges imperii euoluimus, facultates et redditus, qui principes, tum ecclesiasticos, tum mundanos sustinere debent, ab eorum rebus priuatis, et hereditariis, bene discernuntur, dum fructus, census, redditus aerario et statui principali

D

(f) HENR. HAHN ad Wesenbec. Pand. lib. L, tit. 3, tit. 9, SAM. STRYK de iure principis circa rationes ciuitatum, cap. I, num. 62 seqq., cap. III, num. 140 seq.



principali destinati nuncupantur, et res ipsa sequentibus verbis in illis exprimitur: daß sich ein jeder fürst erinnere, und ein anzahl volks zu roß, und fuß . . . nach gestalt, und gelegenheit der zins, nutz, und gült, so Im in seiner camer und zu seinem fürstlich wesen dienen, zu dem . . . gemeinen zug . . . wider die Türken . . . schicken zc. (g). Item, wie von den fürsten hievor steet, also soll es mit den erzbischöffen, und bischöffen, die dann des heiligen reichs fürsten seind, nach gestalt der zins, nutz, und gült, so Ir ieder in sein camer, und zu seinem fürstlichen wesen dienen hat, gehalten werden. In recessu imperii anno 1105XII Treuiri et Coloniae confecto, bonorum cameralium electorum, principum ecclesiasticorum et saecularium, comitum et dynastarum imperii mentio fit (h). Habes igitur in dictis verbis legum imperii res et redditus, qui dignitatem et personam principis regentis publicam sustinere, et onera publica suppeditare debent; hae autem facultates publicae ordinibus imperii dicatae nomine domaniorum ab illis insigniri queunt, prouti etiam hodie iureconsultorum multorum lo-  
 quela

(g) Conf. anschlag wider die Türken zc. 1471, 1474 § 2, § 5, § 12 in der sammlung der reichs- abschiede 1747 fol. P. I, p. 253 seq. p. 257 seq.

(h) Tit. I, § 14, *ibid.* P. II, p. 137, R. I. 1542, § 54, § 56 seq. *ibid.* p. 454, 1543, § 24 seq. p. 487 seq. 1544, § 10, p. 498, § 39, § 42, p. 502, 1576, § 11, P. III, p. 355, 1582, § 10, p. 401, 1613, § 5, § 7, seqq. p. 523 seq.



quela est (i); quamvis sumtus ad sustinenda onera publica alias antiquo Germaniae more a principibus, et proceribus imperii regulari modo praestandi per leges imperii C1315XXXXII et sequentibus annis latas, et memoratas, consensu imperatorum conuiuentium, quodammodo conuersionem et mutationem habuerint (k), praecipue, cum utilitas et necessitas futurarum rerum publica maiores impensas exigeret, et quidem partim in statu publico, partim in statu ciuili, etiam mutato statu militari, ad expeditiones in hostem per militem mercenarium, ad munimenta castrorum praefidiis frumentariis, aliisque subsidiis firmanda, ad legationes sustinendas, et quae sunt reliqua; unde tributa tum ordinaria, et extraordinaria, cum perpetua, et temporalia subministranda ad statum imperii, circulatorum, et cuiuslibet territorii publicum sustentandum et tuendum efflagitata fuerunt (l); praesertim,

D 2

cum

(i) CELLARIUS de principum domaniis, cap. III, § 2 seqq. cap. IIII, cap. V, p. 31-51 seq. cap. VI, § 12, seq. cap. VII, p. 95 seqq. SIM. PR. GASSER de memoria initii contra praescriptionem immem. praecipue regali-um et domaniorum, Hal. 1722, § 22, p. 16 seqq. § 24, § 26 seq. p. 20 seqq. ERN. IMM. TENZEL de domaniis principum inalien. Erf. 1728, 4, § 23, GE. 10-SEPH. WEDEKIND de domaniis dominorum territorialium, Manhem. 1773, 4, cap. III, § 22 seqq. p. 25 seqq.

(k) Conf. 10. GE. ESTORIS bürgerl. rechtsgelahrtheit der Deutschen vol. III, § 459, p. 374 seq.

(l) CHRISTIAN. VLR. GRUPPEN in discept. for. cum obseruat. Lips. 1737, 4, obs. IIII, cap. I, p. 884 seqq. De ter-  
ris



cum omnes ac singuli electores, principes, et status imperii romano-germanici in libero iuris territorialis tum in ecclesiasticis, cum politicis, exercitio, ditionibus, regalibus, horumque omnium possessione, vigore pacis otfnabrugensis (m), ita stabiliti, firmatique sunt, vt a nullo vnquam sub quocunq; praetextu de facto turbari debeant; quo facto, in terris imperio sine medio subiectis, et principatibus domania quoque ex aliis, praeter memoratos iuris publici vniuersalis modos, promanare possunt, et quidem, v. gr. destinatione, fundatione; incorporatione (n), feudorum apertura, saecularisatione (o), pactis conuentis, aliisque modis legitimis enasci, et constitui, quin etiam principes imperii de illis cum suis ordinibus prouincialibus transigere queunt, vti in terris megapolitanis, aliisque factum est (p).

## § VII

tis megapolitanis transactio inter serenissimum ducem et ordines prouinciales anno 1755 inita singularia hac de re exhibet § 101-110.

(m) ART. VIII, § 1, capitulario caesarea art. I, § 8, art. 9, § 6, art. 15, § 2, § 5.

(n) AU. FRITSCHII diatribe de *unione et incorporatione bonorum cum primis prouinciarum*, len. 1672, 4, NIC. CHRISTOPH. LYNKER de *incorporatione terrarum imperio debitaram*, ib. 1692, 4.

(o) HERM. HENR. ab ENGELBRECHT in *obserrat sel. for.* 1748, 4, obs. XCVII, p. 545 seqq. et laudatus WEDEKIND I, d.

(p) Vid. der zwischen dem durchl. regierenden herrn Herzoge (Christian Ludewig) zu Mecklenburg, und der Mecklenburgischen ritter- und landschaft auf dem zu Rostock gehaltenen deputationstage errichtete erbvergleich vom 15ten April 1755, § 96-99.



PRINCIPES IMPERII ROMANO-GERMANICI 29

§ VII

PRINCIPES IMPERII ROMANO-GERMANICI  
DIVERSA HABENT BONA.

Quamvis principes, ordinesque imperii romano-germanici superioritate territoriali gaudeant (§ II); tamen bona, resque, quae ab illis administrantur, et possidentur, varii generis sunt. Nam alia ad patrimonium reipublicae pertinent, ita tamen, ut ea siue principi regenti ad dignitatem tuendam, oneraque ferenda sint destinata, set addicta, siue a ciuitate ad reipublicae statum sustinendum sint reseruata; priora domania, et non raro cameraria, fiscalia cet. dicuntur (§ I, § III), posteriora aerarii publici facultates, landschaftliche Güter, das Staatséigenthum constituunt (q), speciatimque publica sunt. Aliae vero res, iuraque ad superioritatem territorialem, aut regalia referuntur, alia nexu clientelari praedita sunt; unde feuda oriuntur; alia priuata, et propria habentur, et quidem modo ad conseruandum familiae splendorem a maioribus constituta, modo ea proprio facto sunt acquisita, quae discrimen inter allodia auita et acquisita suppeditant. Haec quibusdam bona schatulae: *Chatoulgüter* (r) vocantur.

D 3

§ VIII

(q) ESTOR et HOFMANN l. d. vol. I, § 1045, § 1795, § 2268, vol. III, § 1045, 1054 seq. § 1057-1059, § 1793, § 1819 seqq. p. 638 seq. p. 652 seqq. p. 772, p. 782 seqq., HENR. a COCCENI in vol. I deduct. et conf. conf. II, p. 127, et conf. XV, n. 12 seq. p. 386.

(r) ROESNER l. d. cap. II, num. 8, de PISTORIUS in praef. ad T. III amoen. histor. et iur., IACOBS l. m.



## § VIII

## DOMANIA PRINCIPVM DIVERSE DISPERTIVTVR.

Res publicae ad sustentanda ciuitatis et principalis dignitatis onera principi dicatae, a doctoribus varie diuiduntur. Alii profectitia, et aduentitia, vetera et noua formant domania, sub illis origine talia, sub his nouiter adquisita, et addicta intelligunt. Alii primaria, et accessoria statuunt (s). At in his discriminibus longius morari nolo.

## § VIII

## VNDE NOMEN DOMANII DERIVETVR DISQVIRITVR?

De vocabulo: *domanium*, itemque *demanium*, doctores maxime disceptant. Alii originem illius de voce: *doma* id est, *herrenhaus* (t), alii de domo, plures

m. § 2, p. 6, vom chafoullsamte Petersberg im Herzogthum Magdeburg vid. Büschings neue erdbeschreibung t. VII, p. 2487, § 6, Hamb. 1765, 8.

(s) BRÜCKNER l. d. cap. II, n. 6 seq., ROESNER l. m. cap. II, num. 17, num. 24 seq., WOLFG. ADAM. SCHOPPEE in conf. LVIII, num. 34, p. 554, vol. VIII conf. Tub.

(t) GASSER l. d. p. 17, in nota (1), et in comm. von Domainen etc in der einleitung zu den Kammeral wissenschaften



plures vero a dominio (u) depromunt. Quibus NICOL. HIER. GYNDLINGIUS (w) etiam etymologiam cum SCHILTERO adiicit, cum res domanii, seu dominicas, a francico vocabulo: *de mains*, de manu, hoc est, potestate, arbitrio, et dispositione principis, deriuat.

## § X

## DE BONIS ET REDITIBVS CAMERAE.

Vtrum vero bona cameralia ordinum imperii domanii et rebus publicis a populo principi suo dicatis accenserī possint? a multis in dubium vocatur, et quidem non sine rationibus verosimilibus, et probabilibus, cum ordines imperii bona cameralia raro a populo haberent adscripta; sed ea siue ab imperatore, atque imperio romano-germanico sub nexu feudali obtinuerint, siue a maioribus suis ex allodiis ad id destinata sint, vt camerae vsu perpetuum praesent, eamque ob causam haec frustra ad domania referri possint. Hoc quidem denegare nolui (§ 1): non omnia bona

et

